



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac  
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 13. De infinita Dei in homines liberalitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

MEDITATIO XIII.  
DE INFINITA DEI ER-  
ga homines liberali-  
tate.

PUNCTVM · I.



R I M ò considerandam, quòd infinita Dei LIBERALITAS in eo consistat, vt innumerabilia & excellētissima dona largiatur suis creaturis, nō quòd ad id teneatur, aut quòd propterea retributionem, aut emolumētum aliquod propriū ab eis expectet. Quamobrem dixit S. Iacobus; quod a Deo dat omnibus affluenter, & non improperat. Liberalitas itaque Dei nostri, relucet in conferendis nobis donis, quæ ab eius bonitate & charitate procedunt, cum quibus magnā hoc attributū habet affinitatē, scilicet liberalitas in quinq; potissimū reb<sup>o</sup> apparet. Primum, in donis innumeris naturæ & gratiæ, quæ ipsa confert iuxta capacitatem suarū creaturarum. Deinde, quòd ipsa dona sint infinitæ excellentiæ; siquidem eo vsq; progreditur liberalitas eiusdem Dei, vt tradat seipsum, sicut indicatum est in mysterijs Incarnationis, Passionis, Eucharistiæ, & aduentus Spiritus S. Tertio, quòd illa conferat omnibus, absq; acceptione personarū; bonis & malis; ingratis, & tenacibus, & suis denique inimicis. Quar-

S. Thom. 2.  
p. 2. q. 21. a. 3.  
& 2. 2. q.  
117. a. 6. ad.  
1.  
S. Iacob.  
1. 5.

1 2 tō, quòd



id, quod ea conferat nihil debens, & solum  
 quod bonus sit, & ad donandum propensus:  
 nisi enim liberalitas ab eo incepisset; nemo  
 alius potuisset esse liberalis. Et ideo ipse dixit  
 b *Iob. 41. 2.* *Iob: b quis ante dedit mihi, vt reddā ei:* Et Apo-  
 c *Rom. 11. 35* *stolus, c Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?*  
 Quinto quod det sua, non sperans, aut quærens  
 à creaturis retributionem, aut emolumentum  
 aliquod pro se ipso: d *quia bonorum nostrorum*  
 d *Psal. 118. 2.* *non eget.* Et, si requirit gratitudinem & obe-  
 dientiam suis legibus, id facit, quoniam libe-  
 ralitas non aduersatur iustitiæ: & cum ipse sit  
 legislator supremus ac iustissimus, tradit præ-  
 cepta & leges de ijs, quæ ex nostra parte tene-  
 mur præstare: & in hoc ipso suam etiam libe-  
 ralitatem ostendit. nam quidquid nobis iubet  
 aut à nobis petit, eò totum tendit, vt occasio-  
 nem habeat plura nobis cōferendi, & reddendi  
 nostris obsequijs noua præmia. Quare simp-  
 pliciter & ore pleno licebit dicere, solū Deū  
 esse liberalem; nec vllum aliū liberalem esse,  
 nisi Deum, sicut etiam dicimus, & ipse dixit,  
 c *Luc. 18. 19* *nemo bonus nisi solus Deus:* Et liberalitas nostra  
 ad ipsius liberalitatem comparata, non est  
 f *1. Paral.* *liberalitas: nam (vt ait Scriptura) f qua de ma-*  
 29. 14. *nu eius accepimus, ea illi damus:* & quicquid  
 ei damus, mille titulis illud eidem debemus.  
 O Deus liberalissime, gratias tibi, ob tot in-  
 gnia opera tuæ infinitæ liberalitatis, quam  
 finitam tuam beatitudinem manifestas: siquid-  
 g *Act. 20 35* *dem tu dixisti, g beatius est magis dare, quam*  
*accipere.* Concede mihi, Domine, vt sim libe-  
 ralissime



ralis in reddendo tibi, quod à te accipio, vt  
fruar tua beatitudine in æternum, Amen.

MAGNUM hinc desiderium concipiam, vt  
quomodo licebit, sim erga Deum Dominū no-  
strum liberalis, offerens ei quidquid à me de-  
sideret, & petat, siue suis præceptis magnis, &  
paruis; siue consilijs Euāgelicis, & regulis aut  
legibus status mei religiosi; siue per superio-  
res Ecclesie, meęque religionis; siue per quem-  
uis alium, qui possit mihi aliquid imperare;  
aut secretis suis inspirationibus; aut denique  
ore pauperum & meorum proximorum, qui  
necessitate aliqua corporis aut spiritus pre-  
muntur, quibus ego possim subuenire: quod  
eorum Deo offeram, *h non ex tristitia aut ne-* h 2. Cor. 9. 7.  
*cessitate*, sicut faciunt subditi, & rustici, cum  
tributa & vectigalia soluunt, quia aliter non  
possunt, & quia timent & poenam, & violen-  
tam exactionem; sed ex hilaritate & libentif-  
simè, sicut nobiles, qui dant ingenuè quod de-  
bent, & ultra et jã dant aliquid, quàm debeant  
ex iustitia, vt suam ingenuitatem & liberali-  
tatem ostendant: *hilaris enim datoris diligit*  
*Deus*, & in eo sibi complacet. Denique quod  
obtulero Deo, aut pauperibus dederò, non id  
faciam præcipuè ob *retributionem*: aut ali- i Luc. 14. 12.  
quod emolumentum, quod inde expectem;  
sed ex puro amore, vt sic, quatenus licebit,  
emuler infinitam creatoris mei bonitatem &  
liberalitatem, dans illi q̄ ipse maximè optat,  
dicens: *præbe fili cor tuum mihi*. O Pater amā- k Prou. 23.  
tissime, & liberalissime, tuum est cor meum, si- 16.



quidem illud mihi dedisti; recipe ergo illud, siquidem petis; & quoniam ego non possum ita liberaliter & perfectè tibi tradere, sicut desidero; tu supple defectum meum, ut ita tibi tradam, sicut tu desideras. *Pater mi accipe cor meum tibi*, quia melius & securius apud te erit, quàm apud me. Ex nunc, Domine, tibi offero desideria mea, & affectiones meas, actiones meas, & omnia mea: *omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*; quæ liberaliter tibi trado, ut eis vescaris; quia maius reputo beneficium, quòd ea velis accipere; quàm sit obsequium meum, quo tibi ea trado.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDA est deinde infinita De nostri liberalitas erga eos, qui cum ipso sunt liberales: nam, qui a deo est liberalis erga paucos, quànò decet esse liberaliorem erga secum liberales; cum ipse dixerit: *a mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Et quòd vos eritis liberaliores mecum, eò etiam ego ero liberalior erga vos. Hæc liberalitas relictet in rebus subiectis.

## I.

PRIMUM, quòd liberalium orationes & petitiones citò & facilè exaudiantur; & quòd concedatur eò modo, & ea opportunitate, quòd magis illis expedit. nam, quòd citius propter quòd Deo damus, quòd ille à nobis petit; eò citius dat nobis, quòd petimus.

## II.

S. Greg. 3.  
Dial. c. 16.  
ad finem.

IMò si nos incurij simus, & obliuiscamur petere, quòd nobis còuenit, *ipse spiritus pro nobis gemitibus inenarrabilibus, impetrat*



rans nobis, & vrgens vt petamus; quia ipse de- b Rom. 8. 26  
siderat id nobis dare. Quare Spiritus S. munus  
est, orationem nobis inspirare, vt suæ libera-  
litas nobis præbeat indicia.

TERTIO valde eminent hæc liberalitas, cum III.  
eadat, quibus illi ipsi in Deum ita liberales  
indigent, etiam cum non petunt: quia illorum  
orationem & desideria præuenit illo dono,  
quod ipsi erant desideraturi & petaturi. Ne-  
cessitas enim eius, qui erga Deum est libera-  
lis, etiam ipso tacente, clamat pro illo, & vr-  
get Diuinam liberalitatem, vt subueniat; id-  
eoque dicit ipse, *c antequam clament, ego ex- c Isai. 65. 24  
audiam.*

QUARTO, apparet hæc liberalitas in abun- IV.  
dantia consolationum spiritualium, quas adeo in-  
signes illis comunicat, vt in centuplum excedat  
ea, quæ Deo illi obtulerunt. Quam liberalita-  
tem præ alijs experiuntur Religiosi, qui ita  
fuerunt liberales, vt *d omnia sua propter Chri- d Matt. 19.  
stum reliquerint, & pauperibus dederint, ideo- 29.*  
que Christus est cum illis liberalissimus, red-  
dens illis centuplo amplius quam relique-  
runt. Et, proportionem quadam, eandem libera-  
litate experitur, quicumque animo genero-  
so offert Deo aliquid, quod charum & iucun-  
dum habet.

V.  
DENIQUE innumera sunt dona & gratiæ,  
quas diuina liberalitas illis impertit qui libe-  
raliter cum ipso agunt: accipit. n. illos sub pte-  
ctione & provideatua sua, cuius effectus experi-  
untur, aperte in suis tentationibus, & periculis;



e Luc. 6. 38.

adhibet illos vt instrumenta ad opera gratia; auget virtutes & merita, quib. postea reddit præmia copiosissima, liberaliter implens, quod promissit, cum dixit: *e date & dabitur vobis: mensuram bonam & confertam, & coactam. & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Nam dona liberalitatis Diuina, excedunt infinitè ea, quæ nostra liberalitas potest offerre. Lætare, anima mea, quod habeas Deum non minus liberalem, quam opulentum: si opulentus fuisset, non verò liberalis, parum tibi profuissent eius diuitiæ; quod si liberalis fuisset, non tamen opulentus, parum utilitatis tibi eius liberalitas attulisset: sed in utroque infinitus, & vtrumque in tuum expendit commodum. Esto tu liberalis cum eo, qui est ageo liberalis erga te. quamuis enim multa illi obtuleris, multò plura ab eo recipis; *f non ergo sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* si enim tu manum comprimis, vt ne des Deo quod petis, & ipse contrahet suam, ne tibi det quod petis. Porrige ergo manum tuam, vt ei des quidquid habes, & ipse g aperiet suam, vt impleat te *benignitate & h benedictione.*

f Eccl. 4. 36.

g Psal 103.

28.

h 144. 16.

## PUNCTVM III.

**E**X præcedentibus intelligam, quæ fuerit mea parcitas erga Deum, qui ad se liberalem exhibuit erga me; cogitamus quòd sicut Christo Dño nostro, in medijs suis



calamitatibus & afflictionibus bis fitienti, denegatum est quod cupiebar; semel scilicet, cum fatigatus ex itinere, peteret à Samaritana bibere; secundo, cum pendens in cruce dixit, sitio; ita ego sum parcissimus erga ipsum: quia vel illi denego, quod petit, sicut illa Samaritana; aut offero potum aceti, cum insipido Hyssopo, sicut Iudæi. Nam operibus quæ illi offero, tot admisceo defectus, ut oblata valde displiceant, nec acceptet; quod licebit perpendere, si discurram per quinque illa, quæ Deus à me petit, & posita sunt in primo puncto. Nam valde sum parcus in custodiendis eius præceptis: & si maiora fortè custodio, multa ex minoribus contemno; & multa eius consilia negligo: status verò mei leges, valde imperfectè, & claudicando, & cum multis imperfectionibus seruo; sæpè repugno ijs, quæ mei superiores mihi præscribunt: suffoco etiam divinas inspirationes, & ita denego Deo, quod per illas à me petit: sicut etiam facilè denego meis proximis, in necessitate constitutis, subsidium corporis vel animæ, quod illis exhibere possem. Quare hac mea parcitate, quantum in me est, compro diuinam liberalitatem; & dignum me reddo, erga quem Deus fit etiam parcus in illis quinque rebus, in quibus liberalem se ostendit erga liberales. Si itaque Deus non me exaudit, si non consolatur, si dona sua non largitur ea liberalitate, qua alijs, id mea culpa promeretur: & mihi licebit applicare sententiam illam Prophetæ: *nunquid abbreviata*

3. par. Med.  
26.4. par. Med.  
49.

II.

Isa. 50. 2.  
Et 29. 1.



III.

*Et paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? Quasi diceret, non mea manus abbreviata est, aut liberalitas, & omnipotentia mea aliquod detrimentum est passa, vt non possim vos liberare, & vt consueueram, benefacere; non, inquit, ita est, sed culpę vestrae, & parcitas manuum vestrarum, meas manus contraxerunt, & effecerunt, vt mea iusticia liberalitatem retinuerit & angustauerit. Verum in hoc ipso ostendit se Deus liberalissimū, cui graue est ac permolestum, videre se ita constringi, & à sua iusticia, propter nostra scelera, quodammodo cogi, non vt profusione consueta suorum donorum erga nos. O liberalitas infinita, reijce misericorditer à me omnia impedimenta, quę oppono desiderio tuo; remittens mihi peccata, vt tuorum donorum capax efficiar, Amen.*

*MEDITATIO XIV.  
DE IMMENSITATE DEI,  
& eius præsentia in omni loco,  
& rebus omnibus.*

*S. Thom. 2.  
p. q. 8. a. 1.  
& 2.*



*H*ÆC Meditatio magni est momenti, quia est fundamentum orationis & contemplationis, & vnionis illius, quę finis est harum Meditationum ad viam VERTIVAM pertinentium.

PVN-